

## THIRD TRACT

§3.6.1.0

### *Sixth Article of the Third Tract*

*Pursuant to the sixth article on infidelity, treason, rebellion and the like, and the ways in which they can be committed, the following conclusions are adduced.*

§3.6.1.1

*First conclusion: Whoever disobeys the king or his mystical head and lord is an infidel.*

§3.6.1.2

*Second conclusion: whoever disobeys the primogenit of the king is unfaithful, and commits an infidelity.*

§3.6.1.3

*Third conclusion: he who does not want the primogenit of the king, or the king, or he who is sent by the king to rule, but demands that someone else do so, is an infidel, enemy of the king and a rebel.*

---

§3.6.1.0

### SEXTUS ARTICULUS TERTII TRACTATUS

Nunc sextum prosequentes articulum de infidelitate, prodicione rebellioneque ac qualiter, et in quibus committantur speciebus, declaratur per conclusiones sequentes. [68v]

§3.6.1.1

Prima conclusio, quod quicumque inobedit regi sive suo capiti mystico et domino infidelis est, viii, sciendum [*Decretum*, II, 8, 1, 9], et glo. i. responso xv [*Decretum*, II, 15, 1 (gloss on “Quod autem”)]. Et nedum inobediendo se quis infidelem, sed etiam inimicum exhibet domini illius cui inobedit et obedire tenetur. ut 1. distin. si quis diaconus [*Decretum*, I, 50, 26] et ibi est glo.

§3.6.1.2

Secunda conclusio quilibet inobediens regis primo genito (maxime cui regni regimen competit) est infidelis, et infidelitatem egit. Probatur conclusio, nam illi obedientia debetur, prosertim ex quo regni regimen ad. eum spectat, ut. c. grandi [*Lib. Sext. I, 8, 2*], et declaratum est supra in prosecutione quarti [*read: secundi*] articuli, et consequenter qui illi inobedit, infidelis est, quia inobedientie coincidit infidelitas quum omnis inobediens sit infidelis, ut c. sciendum [*Decretum*, II, 8, 1, 9] supra proximi. allegatum in glo. in d. c. xv [*Decretum*, II, 15, 1 (gloss on “Quod autem”)]. Preterea qui odit filium, odit patrem. Joan. xv [*John, 15, 23*]. Et consequenter qui inobedit filio, inobedit patri, ergo inobediens filio, infidelis filio et consequenter infidelis patri, et sic omnino infidelis consequentia est bona, nam de odit ad inobedit tenet similitudo et illatio, ut C. si quis [*Decretum*, I, 50, 26] supra proximi. alleg.

§3.6.1.3

Tertia conclusio, quod qui non vult primogenitum regis vel regem regere, aut ab eo missum, sed alium petit ut regat, infidelis est, ac inimicus eius et rebellis. Probatur conclusio Luce. xix [*Luke, 19, 27*], ubi dicitur verumtamen inimicos meos (qui noluerant me regnare super se) adducite mihi et interficite ante me. et 1Regum.viii [*1 Kings, 8, 4-7*], ubi dicitur quod populus Israel petendo regem, ex hoc noluerunt deum regnare super eos, ut ibi dicitur: Et ideo ut infideles grande malum in hoc commiserunt, fuerunt a deo in hoc percussi, ut eo. lib. ca. xii [*1Kings, 12, 17*], et contra tales apostolus sic inquit: Oportet enim eum regnare, scilicet filium, donec ponat inimicos suos sub pedibus eius. et ad Corin. xii. ca. [*1 Corinthians 12, 21*].

## THIRD TRACT

§3.6.1.4 *Fourth conclusion: he who obeys someone other than the king's firstborn son is obedient and a rebel.*

§3.6.1.5 *Fifth conclusion: he who disobeys the envoys of the master and his head is disobedient to his lord and an infidel.*

§3.6.1.6 *Sixth conclusion: he who disobeys the king, or his unigenit, especially in the performance of things concerning the kingdom, or his lieutenant in the things he does touching the public order, rule or prosperity of the realm or its head, commits therewith the crime not only of infidelity but also lese majesty.*

---

§3.6.1.4 Quarta qui potius obedit alteri quam filio regis primogenito inobediens est, et rebellis. Probatur conclusio Joan. v [John, 5, 43]. ubi filius increpando Iudeos incredulos sic inquit: Ego veni in nomine patris mei, et non accepistis me, et si alius venerit in nomine suo, illum accipetis etc.

§3.6.1.5 Quinta conclusio, quod qui inobedit missis per dominum et caput eius inobediens est domino et infidelis. Probatur conclusio. nam illis inobediendo verius domino dicitur inobedire. ut dicit tex. in c. quum olim, de offi. delega. [Decretales, I, 29, 32 or 33] et ibi de hoc per glo. unde filius dei in evangehio Luce. x [Luke, 10, 16]: Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit, et eum scilicet patrem, qui me misit; et I Regem. viii [1 Kings, 8, 7] dixit deus Samueli contra Hebreos, qui regem petebant nolentes regem Samuelem: Non te permiserunt servire, ne regnum super eos. et sic repellentes Samuelem, non eum, sed deum dicuntur repulisse, ut ibi nam unusquisque in locum tenentibus vicariis et missis suis honoratur et colitur, et e converso, ita quod qui illos non recipit, mittentem repellit, et non solum qui repellit missum sed etiam missum amisso, ut delegatum a delegato vel locum tenente, iuxta dictam auctoritatem. Qui vos spernit me spernit et cum qui me misit. et illud Joan xii [John, 12, 45]: Qui me accipit, accipit eum qui me misit.

§3.6.1.6 Sexta conclusio, quod qui inobedit regi, vel eius unigenito potissime in his que ad regimen regni pertinent aut locum tenente illorum in his que statum, regimen, prosperitatemve regni vel capitis eius contingunt, ex hoc nedum infidelitatem simpliciter sed lese maiestatis crimen committit. Probatur conclusio ad literam in extravangan. quoniam, titu. qui sint rebel. [(Feudal) Extravag., Tit.II], et ibi Bar. [PENDING] ponit hanc conclusionem ex illo tex.: Et quia sic agendo, qui se opponit contra caput et regnum, sive rectorem eius, et illius statum, igitur etc. ut l. 1 ad legem iuliam maiesta. [Dig., 48, 4, 1] Et idea dicit tex. quod etiam inobedientes et rebelles nedum capiti imperii, sed vel officiare in contingentem statum imperii, vel prosperitatem, vel apitis, sive rectori illius committit dictum crimen.

## THIRD TRACT

- §3.6.1.7 *Seventh conclusion, a mystical member of the kingdom who obeys a tyrant or a usurper of the kingdom commits not only an infidelity but also the crime of lese majesty.*
- §3.6.1.8 *Eighth conclusion, whosoever obeys someone who says he had power which he cannot have, by obeying him in those things which belong only to his mystical head and lord is de facto unfaithful and constitute lese majesty.*
- 

§3.6.1.7 Septima conclusio, quod membrum mysticum regni obediens tyranno vel intruso in eo nedum infidelitatem committit, sed et lese crimen maiestatis. Probatur conclusio, quia talis se opponit contra statum, maiestatem, et statum capitis sui mystici, igitur dictum conventum committit; tyrannus autem, vel intrusor, invasor est similis antichristo ac destructor regni censetur, et consequenter adherens se opponit contra regnum et rem eius publican, et consequenter dictum crimen committit. ut 1. 1 et 1. 2 ad legem iuliam maiesta. [Dig., 48, 4, 1 & 2] et hec ad literam habentur in c. in nomine domini, xxii [read: xxiii] dist. [Decretum, I, 23, 1] et ibi de hoc hinc Apocal. ix: [Apocalypse 14, 9] Si quis adoraverit bestiam, et imaginem eius, et si quis acceperit characterem eius etc.; alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo etc.

§3.6.1.8 Octava conclusio, quod qui obedit dicenti se habere potestatem, quam non potest habere obediendo ei in his que ad solum caput suum mysticum et dominum pertinent, ex hoc infidelis et reus lese maieatatis constituitur. Probatur conclusio, nam sicut mulier (cuius caput est vir) si fidelis est, non amat carnaliter alium cum viro suo, secundum Bartolum [PENDING], imo aliter infidelis est, et macha. iuxta illud apostoli ad Roma. vii [Romans, 7, 3]: Vocabitur adultera si fuit cum alio viro etc. Et illud Matthei. v. ca. [Matthew, 5, 28]: Si viderit mulierem etc. Ita subditus (ad alteri non habenti potestatem a domino obediat in his qua ad solum dominum perinent) infidelis est, et proditor, [69r] sicut et idololatra est is qui debitum creatori, tribuit creature; hinc in Psal. [read: 2 Chronicles] [2 Chronicles, 34, 25]: Provocaberunt eum in diis alienis; et Deutero. xxxii [Deuteronomy, 32, 16]: Absit enim alteri non habenti potestatem obedire; hinc dicitur Mat. xv [Matthew, 15, 18]: Omnia plantatio quam non plantavit pater meus eradicabitur; ut ideo dicit Marc. xiii. [Mark, 13, 5-6]: Videte, ne quia vos seducat, multi venient dicentes ego sum et seducent multos, nolite post eos ire; Luce. xxi [Luke, 21, 8]: Non enim quis debet esse credulus, imo credulitas est in culpa nisi fiat de potestate fides, ut in c. quum in iure, de officio delega. [Decretales, I, 29, 31], et l. i. C. de manda. princip. [Cod., 1, 15(18), 1], pro quo Genes. xxxix. [PENDING] et in decretis, xvi., q.1 in fine [Decretum, I, 16, 1], hinc dicit tex.: mandant martyres aliquid fieri quod in lege domini non est scriptum ante sciendum est, an a deo impetraverint fieri que postulant quo tunc illa facere que mandant, ut dicit tex. ad literam 1. distinc. si quid praepostera [Decretum, I, 50, 24]. Et sic statim non est credendum etiam bonis viris, et ibi et veritas in evangelio sic inquit [Matthew, 21, 3]: Si quis vobis dixerit, hic est Christus illi non credideritis, exurgent enim pseudo et prophete etc.

### THIRD TRACT

§3.6.1.9 *Ninth conclusion: whoever obeys a command given by someone who does not have power, is esteemed to be not simply unfaithful but rebellious, obstinate and most unfaithful.*

§3.6.1.10 *Tenth conclusion: anyone who, under the guise of false letters of the lord or other simulation, obeys someone who does not have power is more unfaithful, perverse, and iniquitous than the person who disobeys directly and openly; for dissimulation of equity is a double iniquity, and it is worse to sin hypocritically than to do so manifestly.*

§3.6.1.11 *Eleventh conclusion: he who speaks or converses with those who are disobedient or unfaithful, or other enemies of the lord or his mystical head, are judged formally to be unfaithful and an enemy of his lord.*

---

§3.6.1.9 Nona conclusio, quod qui obedit potestatem non habenti a domino prohibitus non infidelis simpliciter, sed rebellis protervus, et pertinax, ac infidelissimus est censendus. Probatur conclusio, quia tunc est maior contemptus et maior dolus in eo, ut 1. virilis. penul. de legati. [Dig., 37, 5, 8] et 1. ait pretor, §si quis particeps. que in frau. credi. [Dig., 42. 8, 10] et Christus in evangelio: Veh tibi Corosa, veh tibi Bethsayda, quia si in Tyro et Une facte fuissent virtutes que facte sunt in vobis, in cilicio et cinere penitentiam agi, veruntamen dico vobis, Tyro et si Uni remissius erit, quam vobis in die iudicii etc. Et infra: Veruntamen dico tibi, quod terre Sodomorum remissius quam tibi, ut hec habentur Matth. xi. [Matthew 11, 21-24], et Luce [Luke, 12, 47-8]. Et alibi: Si non venissem, et eis locutus non fuisset, peccatum non haberent, nunc excusationem non habent, Joan. xv [John, 15, 23]; Et sic patet quod his quibus predictio vel prohibitio facta est dolosiores sunt, et deteriores; pro quo illud Esaie. xlvi [Isaiah, 48, 5]. Predixi tibi extunc antequam venirem iudicare tibi, ne forte diceres, tales fecerunt etc.

§3.6.1.10 Decima conclusio, quod qui sub colore falsarum literarum domini aut alia simulatione obedit, potestatem non habenti, est infidelior et perversior sive iniquior, quam is qui directo et aperte inobedit. Probatur conclusio, quia secundum Grego. Simulata equitas duplex est iniquitas, et ille hostis deterior qui simulate adversatur et nullum gravius odium quam simulatus amor, et peius est per hipocrisim peccare, quam manifeste, ut habetur et notatur xii. q. i. certe [Decretum, II, 12, 1, 18]. Et ratio est apertissima, nam hic est in perversitate nedum materialiter, sed formaliter, in alio autem non fit. Ceterum pro prima parte conclusionis facit c. in memoriam xix. distin. [Decretum, I, 19, 3], ubi sic dicitur: si quilibet aliam perturbationem machinando et nostro ministerio infidiando falsam epistolam vel aliud quod non venerit, salva fide, erga apostolicum detulerit etc., potestas sit intromittendi illum in carcere etc.

§3.6.1.11 Undecima conclusio, quod qui loquitur vel conversatur cum inobedientes vel infidelibus, aut aliis inimicis domini aut capitis sui mystici, ille infidelis et hostis domini sui formaliter iudicatur. Probatur conclusio, nam inobediens domino suo est illi inimicus. ut 1. dist. c. si quis diaconus [Decretum, I, 50, 26], presertim quando illi inobedit in his que statum eius et honorem

### THIRD TRACT

§3.6.1.12 *Twelfth conclusion: whoever cherishes those whom his lord hates or avoids, and hates those whom his lord loves, is unfaithful.*

---

contingunt. Et ideo dicit beatus Petrus apostolus: Si inimicus est iste clemens alicui, vos nolite expectare. ut ipse vobis dicat, cum illo Nolite amici esse. Et infra: Sed advertere vos debetis ab eo, cui scieritis ipsun adversum, sed nec debetis loqui his, quibus ipse non loquitur etc. xciii dist., c. 1 [*Decretum*, I, 93, 1]. et ideo dicitur in feudis quod vasallus non debet conversari sum exosis domini, aut amicitias contrahere cum illis, aliter feudum perdit, ut in feudis quot testes sunt neces. ad investi, c. 1 [*Lib. Feud.*, II, 57] sicut nec filius debet conversari cum inimicis patris. ut. 1. liberis., de inoffi. testamen. [*Cod.*, 3, 28, 28]. Hinc apostolus: Nolite commisceri fornicariis etc., nec cum his cibum sumere, sed auferte malum de vobis. ut legitur 1. ad Corin. v [*1 Corinthians*, 5, 9-13]. Et alibi idem apostolus: An nescitis, quod qui adheret meretrici unum membrum efficitur cum ea, i. ad Corinth. vi [*1 Corinthians*, 6, 16]. Sic et qui conversatur cum inimicis domini idem efficitur cum eis. et propterea dicit idem apostolus: Nolite iugum ducere cum infidelibus, scilicet domino, quid enim participet iustitia cum iniquitate, aut que societas lucis ad tenebras, quod autem conventio Christi ad Belial, aut que pars fidelis cum infideli etc., ii. ad Corint. ca. vi [*2 Corinthians*, 6, 14-15]. Hinc deus probibuit prophetam, ne ederet vel biberet cum his qui rebellantes Roboan, obediverunt Hieroboan, et propheta contrarium agens morsu leonis cecidit interemptus. iii Regum xiii [*3 Kings*, 13, 9]. et dare vii. q. i. denique [*Decretum*, II, 7, 1, 9] igitur etc., quamobrem David inquit: Elegi magis esse abiectus in domo domini quam habitare in tabernaculis peccatorum, ut habetur in Psal. suis [*Psalms* 83, 11].

§3.6.1.12 Duodecima conclusio, quod qui diligit quos dominus odit vel fugit, et odit quos dominus amat, infidelis est. Probatum conclusio in prima parte sui, nam si quis amicitias copulet cum inimicis domini infidelis, similiter et filius si cum inimicis patris. ut c. 1, quot testes sunt neces. ad proban. investi. [*Lib. Feud.*, II, 57] et d. 1. liberi. de inoffi. testa. [*Cod.*, 3, 28, 28] hinc apostolus Petrus sic inquit [*PENDING*]: Si vero quis amicus fuerit his qui[69v]bus ipse, scilicet dominus, non loquitur, unus est ipse ex illis qui ecclesiam dei exterminare volunt, ita qui adversariis domini sui amicus ferit, sive illos dilexerit, unus et idem est cum eis qui dominum suum exterminare volunt. iuxta illud Ovis [*PENDING*], a coniuncto mores formantur. Et alibi scribitur qui picem tangit coinquinabitur ab ea. Secunda pars conclusionis probatur per predicta a sensu contrario sive a loco a contrariis. et ex eo quod dicit veritas in evangelio: Qui vos spernit, me spernit, et eum qui misit me, ut habetur Luce. x [*Luke*, 10, 16], pro quo quod habetur 1 Regum viii. capit. [*1 Kings*, 8, 7] ubi dixit deus Samueli non te abiecerunt, scilicet me regnare super eos etc. ex quibus aperte ostenditur. secunda pars conclusionis, in qua dicitur, quod qui rugitvel repellit amicos domini dominum, et non iflos fugit, et repellit, facit capitu. quum olim. de officio delegati. [*Decretales*, I, 29, 33] cum glo. sua.

### THIRD TRACT

- §3.6.1.13 *Thirteenth conclusion: the subject who does not resist to the best of his ability the adversaries and those disloyal or unfaithful to his lord shows himself to one of them, and a traitor.*
- §3.6.1.14 *Fourteenth conclusion: that the subject who does not work as best he can do to see that those inobedient to his lord obey, and the unfaithful are converted to faith to his lord, is unfaithful to his lord.*
- §3.6.1.15 *Fifteenth conclusion: whoever despises the orders and decrees of his mystical head and lord is obedient and unfaithful, and consequently perceived by him as rotten and inimical.*
- 

§3.6.1.13 Tertiadecima conclusio quod subditus qui non resistis suo posse adversariis inobedientibusve, sive infidelibus domini sui, ex hoc similem illorum, fautoremque, et conscium se perhibet, et manifestat. Probatur conclusio, nam error (cui. non resistitur) approbatur, et veritas (quum non defensatur) opprimitur negligere (quum possis) perterbare perversos, nihil aliud est quam favere, nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori obviare desinit lxxxii distinctione [*Decretum*, I, 83, 3] error pro quo illud Augustini [see above, §3.5.8], in Psal. [Psalm 81, 4] super verbo Eripite pauperem, ubi sic ait: Ostendit prophetam nec illos immunes a scelere, qui permiserunt principibus Christum interficere, quum pro multitudine timeretur, et possent illos a facto, et se a consensu liberare, qui desint obviare (quum potest) consentit xxiii. questione tertia c. fi. [*Decretum*, II, 23, 3, 11]

§3.6.1.14 Quartadecima conclusio, quod subditus qui non procurat quantum potest quod inobedientes domino obediant, et infideles ad fidelitatem domini sui convertatur, domino suo est infidelis. Probatur conclusio, nam ad hoc tenetur quilibet verus subditus domino suo, unde Gregorius, quia non solum ecclesie iussionibus parere debuit, sed aliis ne preterirent insinuare, sic unumquodque membrum mysticum tenetur, nedum suo domino et capiti obedire sed etiam aliis (ne inobediant) insinuare, xix. dist. nulli [*Decretum*, I, 19, 5].

§3.6.1.15 Quintadecima conclusio, contemnens precepta et decreta capitis sui mystici et domini est inobediens et infidelis, et consequenter domino suo et membrum eius putridum et inimicum, ut habetur l. distinct. c. si quis diaconus [*Decretum*, I, 50 26], unde Gregorius in c. nulli. xix. distin. [*Decretum*, I, 19, 5] sic ait: Sic ergo ruine sue dolore prostratus, quisquis apostolicis voluerit contraire decretis, et ab aliorum exortes fiant ministerio, contra enim unitatem et esse corporis mystici dignoscitur, si eius regi et capiti non obediatur generale; namque pactum est societatis humane, ut regi et domino pareatur, ut in decretis viii. dis. c. queque [*read: quae contra*] [*Decretum*, I, 6, 2]. Et ideo si quis illius precepta non observaverit, illius hostis esse non dubitatur, ut d. c. si quis diaconus [*Decretum*, I, 50, 26] et xii. dist. preceptis [*Decretum*, I, 12, 2]. hinc Jo. viii [John, 8, 31]: Christus ait. Si manseritis in sermone meo, discipuli mei eritis. ergo a contrario non est discipulus nec fidelis sed membrum putridum, qui in sermone et preceptis domini sui non

### THIRD TRACT

§3.6.1.16 *Sixteenth conclusion: for the confirmation of the preceding statements, that a mystical member who disagrees with and separates himself from the will of his lord and mystical head, and does not conform with its unified nature, is a rotten and infidel member.*

§3.6.1.17 *Seventeenth conclusion: that a subject or any mystical member, who abandons his lord in times of adversity and persecution by his enemies and does not give him aid in both his person and his goods, is an infidel.*

---

manet; unde Joan. xiiii ca. [John, 14, 21]: Qui habet mandata mea, et servat ea ille est qui diligit me, ergo et econverso qui non servat mandata non diligit dominum qui mandat. hinc veritas ait. Quid vocatis me domine, domine et non facitis que dico, q. d. infideliter dicitis me dominum, non facientes que volo aut iubeo, ut habetur Luc. vi [Luke, 6, 46].

§3.6.1.16 Sextadecima conclusio pro confirmatione precedente, quod membrum mysticum se dividens at separatus a voluntate domini sui et capitis mystici, et unitati voluntatis illius se non conformat, est membrum putridum et infidele. Probatur conclusio, quia peccatum humane societatis, idest corporis humani mystici exigit conformitatem et unitatem voluntatis membrorum mysticorum ad caput, ut in decretis viii. dist. c. quamquam. que contra [Decretum, I, 8, 2], ita quia aliter subsistere non posset invarietate voluntatum. Hinc dicit apostolus ad Ephe. iv. [Ephesians 4, 3-4]: Solliciti servate unitatem spiritus in vinculo pacis, unum corpus, unus spritius, scilicet unius voluntatis secundum glo. aliter enim est membrum putridum et dissolutum ut hec plene declarvit in prosecutione tertii [read: secundi] huius trac. et Christus in evang. [Matthew, 12, 50]: Quicumque fecerit voluntatem patris mei, ipse est frater meus, soror et mater mea etc. fraternitas, maternitas, unitatem dicunt. Et sic patet plurium unitatem sistere, in unitate voluntatum.

§3.6.1.17 Decimaseptima conclusio, quod subditus sive quodlibet membrum mysticum derelinquens dominum in adversitatibus et persecutionibus hostium suorum, non conferens illi opem de persona et bonis est infidelis. Probatur conclusio per 1. omne, §fi., de re milita. [Dig., 49, 16, 6] ubi tex. sic ait: Qui propositum suum non protexit, quum possit in pari causa factori habendus est, et ideo non fuerunt immunes a scelere, qui permiserunt principibus Christum interficere etc., xxiii. q. iii. c. fi. [Decretum, I, 23, 3, 11] unde Hiero. in proe. Bible, [Jerome, Preface to Bible] sic ait. quanto quis edificat ex vite merito Christi ecclesiam, tantum nocet, si destruentibus non resistat, confirmatur quia vasallus ad hec tenentur domino suo, licet non requisitur, quanto scit magnum periculum domino imminere, ut. c. licet [Decretales, III, 34, 6] si de feu. contro. fue. [Lib. Feud., I, 4] et c. i. § [70r] ad hoc in titu. hic fini. lex [Lib. Feud., II, 28], igitur, magis tenetur membrum mysticum, quia in pluri tenetur domino et capiti suo mystico, ut dixi supra in prosecutione secundi artic. huius. iiii trac. in §ubi agitur de infidelitate consistente in actione exterior. Ceterum sic videmus in membris physicis, que non omittunt caput suum in adversitate, sed se exponunt apericulis peremptionis per defensionem eius, ut videmus de manibus et brachiis

### THIRD TRACT

- §3.6.1.18 *Eighteenth conclusion: a mystical member who obeys someone other than his master, or abandons his lord in a times of great peril in order to save his own neck and goods, is an infidel.*
- §3.6.1.19 *Nineteenth conclusion: he who withdraws aid to his master and mystical head in the course of resisting his enemies is an infidel and enemy himself.*
- §3.6.1.20 *Twentieth conclusion, whoever dissipates or scatters the goods of his mystical head and lord, is judged unfaithful.*

---

se periculo perditionis exponen. pro capitis defensionem, ut supra declaratum est, igitur et ibi tenentur facere membra mystica pro corpore suo, quia bona est consequentia, ut c. plerisque, de offi. ordi. [*Lib. Sext., I, 16, 4*], pro quo accedat quod scribitur etiam xxiii, dist. 1. [*Decretum, I, 23, 1*] ibi, quum dicit fidem. id est fidelitatem, posside cum amico tuo in paupertate eius et in tempore tribulationis permane illi fidelis, etiam pro eo; hinc apostolus ait: Non ut in eo credatis, sed etiam ut pro illo patiamini, ad Philip. ca. 1 [*Philippians 1, 29*]; hinc fidelis Ethar inquires regi sic ait: Vivit dominus in quocunque loco fueris, domine mi rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus ii. Regum. xv [*2 Kings, 15, 21*], pro quo quod habetur historialiter Gen xx. in fi. [*Genesis, 20, 15ff*].

- §3.6.1.18 Decimaoctava conclusio, quod membrum mysticum non obediens domino sed aut alteri, vel dominum derelinquens in magnis periculis ad evitandum persone, et bonorum amissionem est infidele domino. Probatur conclusio, nam propter evitandum aliquod scandalum non est obedientia ageretur xii. conclu., pro quo tex. in c. iliud. de ma. et obe. [*Decretales, I, 33, 5*] et de hoc dixi plenius in d. xii. et aliis conclusio. ibi positis, tales enim sunt similes eis, qui propter metum plurium eorum non audebant Christum confiteri, ut habetur Jo. ix. [*John, 9, 22*]; hinc dicitur: melius est omnia mala pati, quam malo consentire. xxxii q. v, ca. itaque [*Decretum, II, 32, 5, 3*] nec et qui secus agit, amorem mundi amoris dei preponit. Et ideo non est exclusus talis a peccato, nam etiam occisores corporis non sunt metuendi contra iustitiam hominum impellentes xxxii q.i. lotharius rex [*Decretum, II, 31, 2, 3*].

- §3.6.1.19 Decimanova conclusio, quod qui aufert domino suo et capiti mystico auxilia sua ad resistendum hostibus suis emulis infidelis est, et hostis. Probatur conclusio, nam ex hoc impedit domini prosperitatem et victoriam, nam prohibitus sub ordinatis ad aliquid et illud prohibetur, ut 1. oratio., de sponsa. [*Dig., 23, 1, 16*] et 1. i., §ii., de mor. infe. [*Dig., 11, 8, 1*] sed prohibens auxilia adversus hostes infidelis est et crimen lese maiestatis comittit, ut 1. i. et 1. ii., ad le. iu. maie. [*Dig., 48, 4, 1 & 2; also Cod., 9, 8, 1 & 2*] igitur etc.; hinc etiam dicitur quod negans victui necessaria, necare videtur, ut 1. necare. de libe. agno. [*Dig., 25, 3, 4*], ergo pro his opem domino adversus hostes, dominum in mantis hostium tradere censetur, nam subordinata ad finem habent rationem finis secundum philosophum, pro quo. d. 1. oratio. [*Dig., 23, 1, 6*]

- §3.6.1.20 Vigesima conclusio, quod bona mystici captivitate sui, et domini improbe dissipans vel dispensans infidelis comprobatur, argumen. 1. iii. §tutor. de susp. tu. [*Dig., 26, 10, 3*], hinc Luce.



## THIRD TRACT

- §3.6.1.21 *Twenty-first conclusion: whoever does not faithfully preserve his master's domains, camps, fortifications, wealth, and the like, or does not faithfully keep watch over goods owed to the lord by those who are infidels or are his enemies, or loses or transfers those things to them, is unfaithful and treasonable.*
- §3.6.1.22 *Twenty-second conclusion: if a subject, or one charged with a mission, refuses to deliver to his lord (or to someone sent by his lord) the domains, camps, fortifications and like things that belong to the lord, he is an infidel.*
- §3.6.1.23 *Twenty-third conclusion: if a subject, or one charged with a mission, abandons the land around or the camp of his master that has been confided to his care without defending it but lets it fall into the hands of his enemy or opponents, he is faithless.*

---

xvi [Luke, 16, 1]: Diffamatus est villicus apud dominum, quod consumasset bona illus etc. et Luc. xxv [read: Matt. xxiv] [Matthew, 24, 45]: quis putas est servus fidelis, et prudens, ut de his plenius dictum est supra quem di fidelitate in exteriori actione consistente ageretur in §secundum. in i. et seq. conclu.

- §3.6.1.21 Vigesima prima conclusio, quod quicumque villas, castra, munitiones, pecunias, aut res alias domino pertinentes, aut debitas non fideliter domino custodit, aut infidelibus vel hostibus eius perdit vel tradit, auxiliumve aut favorem illis concedit, infidelis est et proditor. Prima pars concl. probatur in l. iii ibi, bellis etiam cesserit etiam ad legem iuli. maie. [Dig., 48, 4, 3] et l. qui excubias [Dig., 49, 16, 10] et l. i. §is qui vero a fossato, de re mili. [Dig., 49, 16, 3(§10)]. Secunda pars concl. probatur ad literam in l. i. ibi, locave occupentur [Dig., 48, 4, 1] et in l. iii. ibi, aut castra concesserit, ad le. iu. ma. [Dig., 48, 4, 3] pro quo xxii. q. v, c. de forma. [Decretum, II 22, 5, 18] quod autem talis sit proditor no. glo. ordi. xi, quaest. iii, c. non solum [Decretum, II, 11, 3, 84]. Tertia pars concl. per to. tit. que res expor. perhib. [Cod., 4, 44] et c. ita quorundam. extra de iude. [Decretales, V, 6, 6], et c. felicis. de pe. li. vi. [Lib. Sext, 5, 9, 5], et eo. ti. c. i. in cle. [Clementines, 5, 8, 1], de his plenius dixi supra in hoc quarto trac. in ubi de fidelitate in exteriori actione agitur, sub §secundum in iii. et iiiii. conclusioni.

- §3.6.1.22 Vigesima secunda conclusio quod subditus aut commissus recusans domino suo, aut missis ab eo tradere villas, castra, munitiones et res alias ad dominum expectantes, infidelis est. Probatur conclusio in l. iii, aciem tentit., ad le. jul. maie. [Dig., 48, 4, 3] ubi est tex. de hoc secundum exposi. et intellectum glo. una fuit reprehensus servus de perfidia et infidelitate qui pecunias domini absconderat. Mat. xxv [Matthew, 25, 18].

- §3.6.1.23 Vigesima tertia conclusio, quod subditus sive commissus derelinquens patriam sive castra domini sibi commissa indefensa, et in manibus perveniunt hostium sive inimicorum infidelis. Probatur conclu. nam agit contra id quod debet vel promisit, et consequenter infidelis arguendo a diffinitione infidelitatis ideo sic agendo, sive custodiam omittendo facit id per quod castra in manibus hostium perveniunt; hoc enim medium subordinatis ad illud igitur est infidelis, ut l. i. ibi, bocave occupentur, ad le. jul. maie. [Dig., 48, 4, 1] talis enim est infidelis, est et mercenarius

### THIRD TRACT

- §3.6.1.24 *Twenty-fourth conclusion: one who acknowledges his lord with words but not boy deeds, and vice versa, is unfaithful.*
- §3.6.1.25 *Twenty-fifth conclusion: those who are, by their words and deeds (and not their body) are with the enemy, but with their master in spirit but not in their hearts, are infidels.*
- §3.6.1.26 *Twenty-sixth conclusion: whoever does not acknowledge his lord publically by word and deed, or defend him, is infidel and traitor.*

---

qui fugit dum vidit lupum venientem, ut habetur Jo. x [John, 10, 12], et licet agnosceret se ad custodiam minus poten. in l. culpa est, de reg. iur. [Dig., 50, 17, 37], et in c. non est sine culpa. eo. tit. lib. vi [Lib. Sext., V, 12, reg.19].

- §3.6.1.24 Vigesimaquarta conclusio, quod qui domi[70v]num suum verbis confitetur, sed non factis vel econverso, infidelis est. Probatur conclusio, nam iste per amicitiarum speciem, id est per confessionem verbalem, que inimicitiarum sunt, id est facta gerit, et talis deterior est hostis quam hi qui evidenter sunt inimici, hic enim verbis servit domino, animo tamen et factis contra eum est ideo nequior, ut hec habentur textualiter xciii. dist. c. i. [Decretum, I, 93, 1] de his dicitur: Populus hic labiis me honorat etc. Mat. xv [Matthew, 15, 8], et alibi confitentur verbis se noscere deum, factis autem negant ad Titum i. [Titus, 1, 16], id est contra quos ait veritas. Quid vocatis me, domine, domine, et non facitis que dico etc. Luce. vi [Luke, 6, 46], et in Psal. [Psalm 77, 36-37] Dilexerunt ore suo, cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius, tales enim sunt similes sepulchris dealbatis, que foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt omnium spurcitia. Sic et isti verbis apparent iusti, intus vero pleni sunt omni iniquitate.

- §3.6.1.25 Vigesimaquinta conclusio, quod qui verbis aut factis, sine corpore sunt cum hostibus, mente autem sine corde sunt cum domino infideles sunt. Probatur conclusio, quia tales verbis et factis negant, nedum enim verbis sed et factis deum negamus. xi. q. iii [Decretum, II, 11, 3, 82]. existimant igitur etc. nec sufficit corde domino adherere, nisi etiam verbo et opere adhereatur. hinc dicit Paul.: Corde creditur ad iusitiam, confessio autem fit ore ad salutem. ad Roma. x [Romans, 10, 10], et in decretis xi. q. iii. nolite. [Decretum, II, 11, 3, 84] hi enim similes sunt multis ex principibus phariseos non confitebantur eum contra quos inquit veritas. quod dilexerunt magis gloriam hominum, quam gloriam domini et dei, ut hac habentur Jo. xii [John, 12, 43]. hinc dicit: Hiero. ne dum illi filii dei in die iudicii negabuntur, qui in numero Christum negaverunt, sed omnes hi quorum opere, sermoneve, aut cogitatione Christi negatur, igitur infidelis est qui opere, sermone, aut corde dominum suum negaverit.

- §3.6.1.26 Vigimasexta conclusio, quod quicumque verbo etiam, aut opere dominum suum publice non confitetur, aut non defendit, infidelis est, et proditor eius. Probatur conclusio, per illud Jo. Chrysosto. [named in heading of next allegation] non solum proditor est veritatis ille qui, palam mendacium loquitur, sed et qui libere non fecerit, prodit veritatem, ut habetur xi. q. iii. nolite [Decretum, II, 11, 3, 84]; hinc veritas in evang. [Matthew, 10, 28]: Nolite timere eos qui occidunt

### THIRD TRACT

- §3.6.1.27 *Twenty-seventh conclusion: all those who cherish their lord by words of deeds but no in their hearts and souls, are unfaithful.*
- §3.6.1.28 *Twenty-eighth conclusion: whoever reveals the secrets of the lord or the fatherland to enemies or infidels, is unfaithful.*
- §3.6.1.29 *Twenty-ninth conclusion: the subject who undertakes legal cases of one kind or another against his master (among them, in old and new law, the power to disinherit a son, dissolution of marriage, or the revoking of a gift) is adjudged to be and is unfaithful, as a good judge thought he would have to rule.*

---

